



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CIX. Ioannis Papae VIII. Ad Matfredvm Comitem. Monet vt Bosonis
comitis filiabus hereditatem restituat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

natorum.
codice de
bon. proser.
feu. damon.

tore scriptum est, spurios satis iniuriosos, satisque acerbos,
& nostris temporibus semper indignos esse dijudicamus:
quapropter conuenit reuerentiam vestram illum semper
monere. Porro hortamur ut quoquomodo monuimus
complexas, quoniam si aliter feceris, scias te canonica
damnandum censura, ut debeas illos excommunicare. Da-
ta vt supra.

EPISTOLA CIX.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD MATFREDVM COMITEM.

Monet vt Bosonis comitis filiabus hereditatem restituat.

Matefredo illustri comiti.

SVGERENTIBVS videlicet filiabus Bosonis nuper co-
mitis, & Engeltrudis coniugis, proximæ vestræ, audi-
uimus vt allodes suos vos inuidentes tenere non formide-
tis. Super quo miramur, cur tantæ sapientiæ vir hoc face-
re non erubescas. Nonne scitis quoniam in hereditate sus-
cipienda omnibus cognatis præferendi sunt filii? Illa vero
moechans alicui sine consensu viri ex his aliquid dare ne-
quit omnium legum auctoritate. Vnde vos monemus,
hortamur, apostolicaque auctoritate iubemus, vt ipsas
proprietas illis filiabus eorum reddere pro reuerentia
principum apostolorum, a quibus per me petiere auxi-
lium, minime differas: quoniam si aliter feceris, scias te
canonica feriendum censura. Data vt supra.

EPISTOLA CX.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD THEODORICVM ARCHIEPISCOPVM
BISVNTINENSEM.

Iubet vt quamprimum veniat, & episcopum in ecclesia
Lausanensi, propter electorum diuisiones, priusquam
vna colloquantur, ordinari vetat.

*Reuerentissimo & sanctissimo Theodorico archiepiscopo
Bisuntinensi confratri nostro.*

IGTVR quia fraternitas tua, apostolicae & vniuersalis
Dei ecclesiæ persecutiones audiens, compati modis om-